



Universitätsbibliothek Paderborn

**Canonicorvm Regvlarivm Ordinis S. Avgvstini Origines ac
Progressus, Per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam,
Belgium, aliasque orbis Christiani prouincias**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Capvt VI. Sententia Lata A Pio V. Pontifice Maximo, in causa
Praecedentiae, ad relationem trium S. R. E. Cardinalium, in fauorem
Canonicorum Regularium, ordinis S. Augustini, Congregationis ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-11321

quam in alijs tota virtute laborantes, & totis
desiderijs anhelantes. Conuentus siquidem
Canonicorum regularium *S. Ioannis in Vineis*
Suessonensis, & *S. Auberti Cameracensis*, & San-
ctæ Mariæ Blesensis, & *S. Nicolai de Ognies*, <sup>De his
monaste-
rijs, vide
infra cap.
37. et 40.</sup> con-
cùm quibusdam alijs quasi pauci racemi con-
sumpta vindemia, in virtute religionis &
feruore charitatis, & decore honestatis per-
manserunt. Ascendentes de virtute in virtu-
tem, & odore bonæ vitæ & sanctæ conuersa-
tionis multos allicientes de mundi naufragio
ad congregationem suam, tanquam ad secu-
rum tranquillitatis portum, traxerunt.

Ita Iacob. Vitriacus, qui in Belgio diu vixit, &
anno 1244. obiit.

CAPUT VI.

SENENTIA LATA A PIO V. PON-
tifice Maximo, in causa Præcedentia, ad relatio-
nem trium S. R. E. Cardinalium, in favorem Ca-
nonicorum Regularium, ordinis S. Augustini, Con-
gregationis Lateranensis, contra Monachos
ord. S. Benedicti, congregationis
Cassinensis.

CHRISTI nomine inuocato, pro tribu-
nali sedentes, & solum Deum præ
oculis habentes, per hanc nostram definitiu-
mam sententiam, quam ferimus in his scriptis,
in causa & causis, quam coram nobis, & quas

B 5 dile-

dilectis filijs nostris Ioanni Michaeli Sarra-
ceno tit. Sanctæ Anastasiæ, Ioan. Baptista Ci-
cadæ tit. Sancti Clementis, ac Bernardino
Scotto, tit. Sancti Matthæi S. R. E. Cardi-
nalibus primo audiendas, cognoscendas, &
per eos decidendas & terminandas, & deinde
per præfatos Cardinales nobis referendas
commisimus, inter dilectos filios Abbates,
Prælatos, & Canonicos Regulares ordinis
S. Augustini, congregationis Lateranensis,
& vniuersam eorum congregationem, ex
vna, & Prælatos, Abbates, & Monachos or-
dinis Sancti Benedicti congregationis Cas-
sinensis, alias Sanctæ Iustinæ de Padua
nuncupatos, & dictam eorum congregatio-
nem, de & super Præcedentia, & iure inter
eos præcedendi tam in processionibus, quam
in Generalibus & Synodalibus, seu Prouin-
cialibus concilijs, omnibusque actibus pub-
licis, & priuatis, rebusque alijs in actis cau-
sæ & causarum huiusmodi latius deductis,
& illorum occasione in prima seu alia ver-
sæ fuerunt, & vertebantur instantijs, parti-
bus ex altera: Causa huiusmodi coram di-
ctis Cardinalibus ad plenum ventillata, ac
sepius auditis partibus, & dubijs in ea plenè
discussis, ac resolutis, ac visis de iure viden-
dis, & demum per dictos Cardinales nobis
matura desuper facta relatione, pronun-
ciamus, decernimus & declaramus Abbates,

Præ-

Prælatos, & Canonicos Regulares congre-
gationis Lateranensis , vti clericos dimissa
superiori veste , pallio , seu cappa in linea
veste, clericalique habitu incedentes (quod
etiam in alma nostra Vrbe Roma consue-
tum fuit , & nunc obseruatur) in pro-
cessionibus , & omnibus alijs actibus pu-
blicis & priuatis , tam in dicta alma Vrbe
nostra , nostroque & successorum nostro-
rum conspectu , quām alijs vniuersis , ac
quibuscumque alijs ciuitatibus, terris, opi-
dis, & locis , dictos Abbates , Prælatos &
Monachos ordinis Sancti Benedicti Cassi-
nensis præcedere debuisse , & debere , eos-
demque Abbates , Prælatos , & Canoni-
cos Regulares , dictamque eorum congre-
gationem , vt suprà incedentes dictis Ab-
batibus , Prælatis & Monachis Sancti Be-
nedicti , & eorum congregationi in omni-
bus & singulis præmissis, præferendos , an-
teponendos , & in digniori loco collocan-
dos fore & esse . Abbates verò dictarum
Congregationum Lateranensis , & Sancti
Benedicti singulariter , & per se, absque co-
rum Conuentibus , in concilijs Generali-
bus, Prouincialibus & Synodalibus , & alijs
actibus publicis & priuatis , in quibus Ab-
bates de iure , vel de consuetudine locum
& votum habent , vel pro tempore quo-
modolibet habebunt , inter se iuxta
singu-

singulorum ipsorum. Abbatum ibidem interuenientium priorem & antiquiorem promotionem ad Abbatiam , atque illa promotione duntaxat, non autem congregacione & ordine, cuius fuerint , attentis , præcedere ac præferri, & indigniori loco collocari debuisse & debere, prout præferimus anteponimus, collocamus, præferriq; anteponi, & collocari respectiuè mandamus; Iactationes quoq; molestationes, oppositiones, perturbationes, vexationes & impedimenta quæcunq; per præfatos Abbates , Prælatos & Monachos dicti ordinis S. Benedicti , & dictam eorum congregationem eisdem Abbatibus, Prælatis, Canonicis Regularibus dicti ordinis , & eorum congregationi de & super præfatis omnibus & singulis , & illorum occasione quomodo libet factas, præstitas, & illatas, factaque præstata, & illata fuisse & esse temerarias illicitas, indebitas, & iniustas , temerariaque, illicita, indebita & iniusta, ac de facto præsumptas & præsumpta, illasque & illa præfatis Abbatibus, Prælatis & Monachis fecisse & facere minimè licuisse, nec licere de iure, & propterea de & super illis, ac dicto iure præcedendi ut suprà , omnibusque alijs & singulis præmissis perpetuum silentium imponeandum fore & esse decernimus, atque imponimus

Ita referto, & censeo iudicandum esse, Ioannes Michael Cardinalis Sarracenus.

Ita

Ita refero, & censeo iudicandum esse, Io-
annes Baptista Cardinalis S. Clementis.

Ita refero, & censeo iudicandum esse, Ber-
nardinus Cardinalis Tranensis.

CAP V T VII.

BREVE EIVSDEM PII PAPAE IV. IN
quo supplentur omnes & singuli Processus & Sen-
tentia p̄dicta, defectus etiam substantiales, si qui
forsan interuenerint, ac mandatur, ab ommi-
bus inuiolabiliter obseruari debere p̄a-
dictam sententiam sub pœnis
& censuris.

Pius Papa Quartus

AD futuram rei memoriam. Sedis Apo-
stolicæ prouidentia circumspæcta (ne
rursus ea, quæ in controuersijs inter personas
ecclesiasticas, præsertim Altissimo sub regu-
lari professione famulantes versantur, in mo-
lestos cōtentionis anfractus relabantur) ma-
iorem solet, dum id res ipsa requirit, adhibe-
re cautionem. Sanè nuper postquam, sicut no-
bis innotuerat, ab antiquis vsq; temporibus,
etiam suprà centum annos retroactos, lis &
causa, seu controuersia inter dilectos filios
Rectorem generalem & Canonicos Regula-
res sancti Augustini Congregationis Latera-
nensis ex vna, ac Monachos S. Benedicti, or-
dinis